

cap. 726 Qualis^{a)} debet esse imperator et quomodo iurat fidelitatem ecclesie et <qualis> est^{b)} differentia inter regem Romanorum et imperatorem^{a)}).

Maguntinus archiepiscopus^{c)} convocatis electoribus in Franchforth, sicut habetur ex Libro de iure imperii¹⁾, debet respicere in persona eligendi morum elegantiam et cordis strenuitatem fidei rectitudinem cultus divini ampliationem et ad sacerdotium reverentiam. Facta electione persona electa nullum ius habet in re, quia electores nullum ius dant sed confirmator^{d)}. Unde decretum electionis certis sigillis sigillatum coram tabellionibus et testibus summo pontifici debet presentari per procuratores vel embassiatores habentes sufficiens mandatum in scriptis iurare^{e)} fidelitatem ecclesie. Summus autem pontifex examinat personam electam vel eius nuntios, si electus sit excommunicatus notorie vel si sit periurus vel umquam fuit^{f)} hostis ecclesie; deinde examinat electores et voces et vocum quantitates; et si impedimentum non fuerit inventum, papa confirmat ex sua mera liberalitate in regem Romanorum et habilem ad suscipiendum imperialis dignitatis celsitudinem^{g)} pro tempore, quo summo pontifici videbitur eum ad coronam vocare. Tunc imperator vel eius nuntii iurant fidelitatem ecclesie secundum formam, que habetur in decretis^{h)} di. lxiii.ⁱ⁾ *Tibi domino meo*²⁾, cuius tenor habetur supra capitulo CCCXXXVIII^{2a)}. Tunc persona electa vocatur non imperator sed rex Romanorum, nec utitur bulla aurea³⁾ nec imperialibus insigniis, videlicet cruce lancea vel corona, nec⁴⁾ aditur eius nomini quantitas numeralis nec in cathologo imperatorum ponitur, sicut patet de Conrado et Henrico; ex quo manifeste aparet quod regnum est distinctum ab imperio⁴⁾. Unde quando debet coronari in Roma, iurando fidelitatem ecclesie sic dicit⁵⁾: 'Ego N. rex Romanorum, anuente deo futurus imperator' et cetera. Rex Romanorum audita sua^{k)} confirmatione debet iterum mittere ad papam nuntios, quod est paratus prestare ecclesie fidelitatis sacramentum et humiliter petere per manus pape inungi consecrari et coronari^{l)}. Tempore suo papa vocat eum ad coronam et antequam intret Ytaliam iurat ecclesie fidelitatis sacramentum, cuius tenor habetur supra capitulo CCCIII⁶⁾. Et tale sacramentum, ut^{m)} habetur in Consilio vienensi⁷⁾, presterunt Rodulfus Albertus Aduulfus et Henricus sextus. Nec invenitur ab anno domini MCCLXX quod fuerit aliquis imperator, qui non iuraverit fidelitatem ecclesie; et⁸⁾ talis consuetudo et tam longa et tam diu aprobata stat pro lege, ut dicit Isidorus di. i. c.ⁿ⁾. *Consuetudo*⁹⁾ et Extra. de sepulcro. c. *De uxore*¹⁰⁾.

cap. 726 a) Qualis — imperatorem om. O b) sit A c) Maguntino archiepiscopo A d) sed alias add. O e) ad iurandum O f) sit A g) excelsitudinem O h) decreto O i) lx8 A, lxviii O k) electione et add. A l) confirmari A m) unde A n) om. O

¹⁾ Vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 10, 18 f. und 11, 13 f. ²⁾ D. 63 c. 33; vgl. *Clem. 2. 9 c. un.* (*Friedberg Sp. 1148*). ^{2a)} CM cap. 354.

³⁾ Vgl. *Clem. 2. 9 c. un. Gl. ad v. Aurea bulla.* ⁴⁾ nec — imperio vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 61, 23—28. ⁵⁾ *Clem. 2. 9 c. un.*

⁶⁾ CM cap. 355. ⁷⁾ *Clem. 2. 9 c. un.* ⁸⁾ et — uxore (*vor Anm. 10*) vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 61, 5—9. ⁹⁾ D. 1 c. 5. ¹⁰⁾ X. 3. 28. 7.